per vnius vexilli traditionem Illmo Dno Alberto Marchioni Brandenburgen ac Duci in Prussia in honis Dominationum vrarum investituram feudi Ducatus in Prussia confert, seu potius à divo parente suo collatam renovat. Illres verò Dnos Georgium Fridericum et Albertum juniorem ibidem Marchiones Brandenburgen ad successionem eiusdem feudi secundu praescriptu pactorum olim initorum admittit, dummodo Illres Dni ea praestent suo tempore quae Dno feudi à Vasallis ex pacto aut consuetudine praestari solent ac debent.

Post gratiarum actionem

Libenter facit Sacra Mtas Regia, quaecunque ad honorem et commodum Illustrissimorum Dominorum Marchionu Brandenburgen propinquorum suorum pertinere existimat confiditque Do. eorum Illmas ita se vicissim sedulò erga Mtem suam gesturas esse, ut necessarios et gratos Principes decet, curabunt nunc Do. vestrae, ut ea quae hic modo acta sunt Illustrissimoru Principum suorum tutorumque pupilli Illris coprobentur.

Petitio Illmi Principis Dni Alberti Junioris Marchionis Brandenburgen ~~coß~~ coram Sacra Mte Regia Polo. ac Sacri ~~tiss~~ Regni Amplissimo Senatu per oratores suos facta penultima die Novembris.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps, Dne clementiss. Illres et amplissimi Senatores comperturi. Habet Sacra R. Mtas Principem nrum apud Sacram R. Mtem suam iam ante egisse, ut eius modo eo, quod aut praeponeretur iuniori Principi Marchioni Georgio Friderico patrueli suo, aut saltem aequaliter admitteretur in investitura

et